THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Salzburg (?), Mitte 15. Jh. Seite 60r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



villici esse corrupta et predita in tu
ens q3 ipm male meritu sumpsissem
inquit a te supplicium nisi essem tibi
iratus. maluit enim eum impunitu relin
quere quam propter iram grauius punire
Eodem li. narrat idem quod cum plato o
aduersus delictum serui sui vehementius
exarsisset veritus ne ipsi modum vin
dicte tenere non posset speucippo amico
suo castigationis modum mandauit de
forme sibi estimans si animaduersa sua
reprehensione meretur. De hoc platone
narrat Seneca li° iii de ira quod cum
irasceretur seruo suo iussitque tunicam
deponere scapulas prebere verberibus
sua manu ipse cesserus. Postquam
autem intellexit se irasci manu suspensam
detinebat sic substulerat et stabat
percussurum simul. Interrogatus ab amico
qui interuenerat quid agerent respondit
exigo penas ab homine iracunde tu
autem seruum verberibus obiurga non
ego vtiscor propter quod non cedidi
Irascor enim et plus faciam non sit iste
seruus in eius potestate qui in sua non est
qualis ego sum. Plato oblitus sui quod
aliquando quam potius castigaret inuenerat
se ipsum abstulit quod sibi in suam potestatem
Et ideo Seneca ibidem Nichil tibi lice
at dum irasceris et hoc ideo quia uis omnia
tibi licere dum irasceris pugna tecum
ipse si vincere iram non potes te incipit
illa vincere. Potest tamen sapiens sine
ira debet disciplinate castigare vt
enim narratur li° iiii 8 in nugis philosophorum
de plucardo magistri tiam imperatoris
quod cum precepisset famulum verberari ob
sui demerita cui cum insultasset famu
lus dicens quod non deceret philosophum irasci
et quod ipse faciebat contra suam doctrina
li ii de patientia fecerat plucardus Cui
ille respondit nunquid quod vapules tibi
irasci videor Est ne ira mea si a me
debitum recipis nulla signa ire in me
vides nec oculi trutem nec os turbidum
hec sunt signa ire Conuersus quod ad illum
qui verberabat ait dum ego atque hic
disputamus age opus tuum et sine
iracundia mea retunde seruilem con
tumaciam et iniquum penitere doceas
potius quam obiurgare Est tamen dis
ciplina moderanda ut enim dicitur c.

li. dicebat traianus imperatori insanum
esse si aliquis habebat oculos lippientes
quod eos mallet effodere quam curare Item
dicebat vngues si acriores fuerunt non
euellendas esse sed resecandas Item
dicebat quod corde in musicali instrumento
debent proportionari et securius est quod remit
tantur quam quod rumpantur Consilium modo dice
bat faciendum esse in disciplina qua de
bent hominem curari et non opprimi uelex
stirpari nichilominus insolentes sunt
castigandi disciplina vt habitum est supra
xxiii q v. prodest xlv. di disciplina.

Equitur de quarta

parte fortitudinis que est perseuerantia
qua vigebant antiqui Est autem perseue
rantia in ratione bene constituta stabilis
et perpetua permansio aut tullius in rethorica
li i° hac perseuerantia sit huiusmodi
mobilis ut non frangatur aduersitatibus
nec extollatur prosperitatibus Item
non terreatur comminationibus nec flectatur
promissionibus Vnde in laudem fabricii
dixit pirrus ut dictum est supra Ille
est fabricius qui difficilius ab honesto
quam sol a cursu suo auerti potest Vt enim
dicitur li° iiii de nugis philosophorum Socrates
negat sapientem posse offendi sed ad
uersus omnem fortunam robore forti
tudinis et virtutis sue manentes in
mobilem hoc enim est precipuum scilicet erigere
animum super minas et promissa virtute
fortune ait senecius de naturalibus questionibus
li iii de nugis philosophorum vt enim ait expo
sitor super Boecium de consolatione posuerunt
philosophi duo dolia esse in limine domus Jouis
de quibus intrantes oportet bibere Domus
Jouis secundum ipsos est iste mundus duo do
lia scilicet prosperitas et aduersitas de quibus
oportet gustare mundum intrantes Vnde
ait Seneca epistola xcvi Onus portus
est huius vite scilicet euentura contempnere
Qualiter autem dicuntur animus sapientis
et stulti varie afficiuntur in tribulationibus
determinat Augustinus ix de ciuitate dei
c iiii Recitantur opinionem zenoni et crispi
qui fuerunt principes scoitorum qui id interesse
sentiunt inter animum sapientis et stulti